

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2367

Auteur(s) : Henri Ier Beauclerc, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Baux-de-Breteuil, Notre-Dame-du-Désert, dépendance Lyre (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1135

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Henri Ier, roi d'Angleterre, confirme les biens de Notre-Dame du Désert.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Devoisins Albert-Joseph, *Histoire de Notre-Dame du Désert*, l'ermitage (460-1125), le prieuré (1125-1675), la chapelle (1675-1900), Paris, Lechevalier, 1901, p. 112-114.

Texte établi d'après a

Henricus, rex Angliæ, Archiepiscopo Rotomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus et omnibus filiis sanctæ ecclesiæ per Normanniam constitutis, Salutem in Domino.

Sciatis quia ego dedi et concessi Deo et Ecclesiæ Sanctæ-Mariæ de Deserto, in remissionem peccatorum meorum et salutem animarum patrum et parentum meorum, omnes illas libertates et quietationes suas in omnibus rebus laïcalis servitii, ita quod ecclesia illa et clausum fratrum illorum, in quo laborant, nullius ditioni, nullius exactioni respondeant ; sed inde tantum obediant episcopo ebroicensi de episcopalibus, et domino Britolii tanquam advocato suo in cujus feodo ecclesia illa fundata est et quas Robertus comes Legrestriæ, dominus Britolii eis concessit et dedit, et carta sua confirmavit. Confirmo quoque eidem ecclesiæ in eleemosynam perpetuam omnia beneficia illa quæ comes ille Robertus et uxor sua Amicia et antecessores et homines eorum concesserunt et dederunt, quæcumque etiam posteris, amore Dei et in religionis augmentum canonice daturi sunt: scilicet: omnium hebdomadarum anni duos solidos drocenses de reddito præposituræ Britolii, et in castello Britolii. II solidos quietos de censu domorum suarum duarum quas Reinerius filius Gir tenet de eis, et sex perticas terræ ad Bellum fagum in quibus domus suæ sunt, et alias terras quas ibidem tenent de feodo comitis et totam terram quam habent cum medictaria comitis quæ est inter Boscum Ernaldi et Cheronvillier ; et de dono uxoris suæ, per annum unam marcæ argenti perenniter in reddito doti suæ de Sepenio. Et de dono Ernaldi de Bosco decem solidos dunenses in reddito suo de Feritate perenniter. Et similiter concedo et confirmo Deo et ecclesiæ suæ de Casa Dei terram in bosco quam Richier de Aquila eis dedit, et illam quam Guillelmus de Cheronvillier extra Boscum eis dedit de feodo Tegulariarum. Hanc in quam ecclesiam de Deserto et illam de Casa Dei et omnia supradicta beneficia quæ eis data sunt et omnia illa quæ illis in futuro canonice dabuntur, et omnes earum libertates et quietationes tanquam propriam eleemosynam meam, in manu et tutela mea et deffensione mea accipio et omnia bona eorum illis in perpetuum obtinenda regia auctoritate confirmo et integra et illibata permanere corroboro.

Testibus :

Johanne, episcopo Lexoviensi ; Audini, episcopo Ebroicensi ; Roberto, comite Glocestriæ, et Guillelmo, comite Warvick, et Roberto, comite Legrestriæ, et comite de Pontivo ; Guillelmo et Roberto de Ver et Roberto de Dura ; Roberto de Haya et Hugone Bigoto et Hugone de Guarnaco et Guillelmo, filio Odonis et Johanne Marmion.
Actum apud Rotomagum anno incarnationis Domini millesimo centesimo tricesimo. q. MCXXXV.